



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardii Lessii E Societate Iesu Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censvris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Qvaestio LXV. De numero Sacramentorum. In quatuor Articulos diuisa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

ARTICVLVS IX.

Vtrum fides Ministri sit de necessitate Sacramenti?

24
Sententia
Hæretica
affirmatur,

Catholica
negat.

Primus qui docuit fidem necessariam ad Sacramenti perfectionem, videtur fuisse Agrippinus Carthaginensis Episcopus ante tempora Cypriani; quem fecutus est postea Cyprianus, & plurimi Africae Episcopi. Pro qua sententia stabiliter Cyprianus coegerit tres Synodos in Africa, quarum meminit D. August. lib. 2. de Baptismo. cap. 9. & lib. 3. cap. 1. Idem postea cum pertinacia tenuere Donatistæ, & alij artic. 5. citati.

Verum fide tenendum est, Baptismum ab hæreticis collatum, & alia Sacraenta, si nihil ex necessarijs desit, legitima esse. Hanc veritatem admittunt hæretici nostri temporis.

Probatur Primò, Ex vniuersalib[us] Ecclesiæ traditione, & consuetudine, que ubique usque ad tempora Agrippini perseveravit, qui primus cœpit illam mutare, baptizatos ab hæreticis rebaptizans: vt docet Stephanus Papa epist. ad Cyprianum; & D. Augustinus lib. 2. de Baptismo contra Donatistas cap. 8. & Vincentius Lirinensis in suo Opusculo, ubi ait, *Primus omnium mortalium (scilicet Agrippinus) contra diuinum Canonem, contra vniuersalib[us] Ecclesiæ regulam, contra sensum omnium concordatum, contra morem & instituta majorum rebaptizandum esse censebat*, scilicet baptizatum ab hæretico.

Probatur Secundò, Ex Concilijs. Nam statim post mortem Cypriani, hæc veritas definita est in Concilio plenario, vt testatur D. August. multis locis, scilicet lib. 2. de Baptismo. cap. 3. 4. 5. 7. 9. quod Concilium videtur fuisse Nicenum, nam etiā Hieronymus in Dialogo cōtra Luciferianos sub finem, dicit Concilium Nicenum recipiſe eos, qui ab heresi redirent, singulos in suo gradu, præter Paulianistas, de quibus habemus in Canone 19. ubi Paulianisti & Cataphryges iubentur rebaptizari, eò quod non vterentur legitima forma. Canone tamen 8. recipiunt Nouatiani absque iteratione baptismi, quia scilicet legitimā formā vtebantur, etiā essent hæretici. Idem probatur ex Concilio Arelatensi I. can. 8. & Carthagi-

nensi I. can. 1. Denique ex Constantiensi scilicet 8. quatenus damnat Articulum 4. Wiclefi. Et ex Tridentino scilicet 7. can. 4.

Probatur Tertiò Rationibus artic. 5. allatis. Ratio. Præcipua ratio est, Quia Sacraenta habent efficaciam ex institutione & meritis Christi; unde parum refert, qualis sit minister, siue fidem habeat siue non. Sicut enim Ministri merita non tribuunt Sacramento virtutem, ita nec de merita admittunt. Vide D. August. tractatu 5. & 6. in Ioannem.

Sed contra. Obiciuntur varia testimonia ex Scripturis, que refert & solvit D. Augustinus scriptem libris contra Donatistas, potissimum duo Extra Eccl. cleiam non cœlum probant, etiā talas, extra Ecclesiam non esse salutem: sicut nec extra & quonodo Arcam Noë, quæ Ecclesia erat figura.

Respondeo, Qui est extra Ecclesiam, non potest salvare, sicut neque extra Arcam: tamen qui est in Ecclesia, fidem Ecclesiæ tenens, potest accipere ea per quæ salvatur, ab eo qui est extra Ecclesiam. Sicut si hæreticus alicui traderet Ecclesiæ doctrinam, illum faceret fidelem: ergo par ratione, si traderet ei Ecclesiæ Sacraenta, faceret Christianum: non enim hæresis in illas functiones influit; sicut nec morbus Medicis in curationes ægroti, quare nec vitiat eas.

Nec obstat; Quod sit unum Baptisma; quia VnumBap. hæretorum Baptisma, est Baptisma Christi. VnumBap. Vnum enim dicitur Baptisma, quia ab uno insti- tuto & ab uno vīm habet, cuius nomine in una forma & materia celebratur, nec variatur pro meritis Ministrorum. Reliqua testimonia, si quid efficerent, non minùs probarent de Sacra- mentis, quæ conferuntur à malis Catholicis, quām quæ ab hæretici: vnde non minùs contra Cyprianum faciunt, quām pro illo, qui per malos, si fideles sint, sentit conferri vera Sacra- menta.

ARTICVLVS X.

*Vtrum intentio recta Ministri
requiratur ad perfectionem
Sacramentii?*

Hic Articulus intelligitur ex dictis Articulo 8.

Q V A E S T I O L X V.

De Numero Sacramentorum.

In Quatuor Articulos divisa.

ARTICVLVS I.

*Vtrum debeant esse septem Sacra-
menta Ecclesia?*

1
Discrepātia
Hæretico.
num

Hæretici huius temporis in eo conuenient quod nolint esse septem Sacramēta; sed discrepant & à seipsis interdum, & alij ab alijs in statuendo numero Sacramentorum. Lutherus de Captiuitate Babyl.

fol. 65. Neganda mihi sunt septem Sacraenta, & pro tempore ponenda tria; Baptismus, Panitentia, Panis. Paulò post fol. 88. rigidè loquendo dicit tantum esse duo, Baptismum & Panem: quia hæc sola constant signis visibilibus, & habent diuinā promissionem. Penitentia autem caret signo visibili diuinū instituto. Alibi, scilicet lib. ad Waldenses, dicit propriè & more Scripturæ loquendo esse tantum unum, scilicet Baptismum. Philipus Melanthon in locis communibus anni 1522. ponit duo tantum, nec plura inueniri dicit apud Ccc iiiij Augusti.

Augustinum, scilicet Baptismum & Panem. Anno 1530. in Apologia confessionis Augustanae, tria; Baptismum, Panem, Absolutionem. Anno 1552. & 1558. in locis, quatuor; Baptismum, Panem, Absolutionem, Ordinem. Bucerus lib. 1. de Regno Christi c. 7. tria; Baptismum, Cenam, & Ordinem. Calvinus lib. 4. Inst. cap. 18. §. 19. & 20. tenet Baptismum & Cenam tantum. C. 19. §. 31. Ordinem presbyterij recipit pro Sacramento. Et in c. 19. Actorum admittit Confirmationem tempore Apostolorum fuisse Sacramentum. Zwinglius lib. De vera & falsa religione cap. de Matrimonio, admittit Matrimonium esse Sacramentum, & illud ceteris preponit. Ibidem c. de Sacramentis ponit tantum duo; Baptismum & Cenam.

De fide est, quæ septem Sacramenta esse verè & propriè dicta Sacra menta noua legis, nec plura nec pauciora. Est definitū in Con cil. Trident. sess. 7. can. 1. & Florentino in decreto vñionis Armetorum.

Ex Script. Probatur Primò, Ex Scripturis. De Baptismo quidē & Eucharistia Hæretici nobiscum sentiunt. De Confirmatione dicitur Actor. 8. & 19. quod Apostoli imponebant manus super eos. (scilicet baptizatos, & accipiant Spiritum sanctum: vbi videmus signum externum, & gratiam Spiritus sancti; que duo requiruntur ad Sacramentum). De Absolu tione & Pœnitentia, Ioannis 20. Quorum remis eritis peccata, remittuntur eis. De Ordine, 1. ad Timo them. 4. Noli negligere gratiam, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij. De extrema Vnctione, Iacobi 5. Infirmatur quis in robe, &c. De Matrimonio, ad Ephes. 5. sacramen tum hoc magnum est. &c.

Obijcunt Hæretici: Nullibi in Scriptura dicuntur esse septem Sacra menta.

Responsio Hereticoru m refellitor. Respondeo Primò, Nullibi etiā dicuntur esse duo, vel tria, vel quatuor, vt Hæretici volunt. Secundò, Satis est, vt possint colligi ex varijs locis, in quibus sit hofum mentio. Tertiò, Etsi non posset omnino aperte convinci ex Scripturis esse septem Sacra menta, non tamen ideo iste numerus est, negandus. Nam neque ex Scripturis vlo modo colligi potest numerus librorum Canoniconum, & tamen Hæretici etiam confiden ter ponunt numerum certū eorum, vt patet manifēte in quatuor Euangelij: nam de fide est esse quatuor Euangelia; & tamen hoc nullibi asseritur in Scriptura, neque ex ea colligi potest.

Quarto denique, Dico ex Scriptura sumi multas coniecturas, ex quibus probabiliiter colligi potest septenarius numerus Sacra mentorum. Nam significatur hic numerus Proph. 9. per septem columnas, quas Sapientia, scilicet Christus, excidit in domo Ecclesiæ, idque etiam secundum Calu num, qui lib. 4. Inst. cap. 14. dicit, Sacra menta esse Fidei & Ecclesiastici adiutrix columnas. Similiter per Septem sigilla quæ vidit Iohannes Apoc. 5. nam ut etiam omnes hæretici fatentur, Sacra menta sunt quedam sigilla. Item per Septem stellas, quas Iulius hominis in dextera tenebat; Apoc. 2. nam per Sacra menta Christus Ecclesiæ illuminat. Per Septem tubas, quas Angeli habent Apoc. 8. Angeli enim sunt Christi Apostoli, iuxta vaticinii Iaie 52. v. 7. Quæ à patribus super mótes pedes annuntiantur & prædicant pœm: qui septem istis Sacra mentis fidem propagarunt. Per Septem oculos, quos vidit Zacharias c. 4. super lapidem, id est, Christum:

quia Sacra menta meritis Christi nituntur. Per Septem lucernas, quibus constructum erat candelabrum templi: quia domus Dei, scilicet Ecclesia, septem Sacra mentis illustratur. Per Septem lotiones, quibus Naaman leprosus, id est, peccator, in Jordane, nempe in sanguine Christi, mundatus est à lepro. Per Septem buccinas, quibus euersa est Iericho, id est, ciuitas peccatorum. Per Septem spicas plena, quas vidit Pharaon. Denique septem diebus, fiebat peccatorū expiatio & sanctificatio. Deut. 15. & 16. & Exodi 29. Haec figura valde probabilem & rationi consentaneum faciunt hunc numerum Sacra mentorum.

Probatur Secundò, Ex Concilijs Florentino & Tridentino suprà allatis. Antiquiora non habemus, quæ definiunt hunc numerum; quia nondum fuerat hæresis quæ hoc directè negaret. Nam etiam Iohannes Hus, quem nostri Hæretici ferè in omnibus sequuntur, aperte sensit esse septem Sacra menta, vt patet in Cœcilio Constantiensi sess. 16. art. 8. Accedit quod in tota Ecclesia Catholica hic numerus semper fuerit seruatus, nec potest ostendi à quo Concilio, vel Pontifice sit introductus: quod est certissimum signum esse ex traditione Apostolica, iuxta regulam D. Augustini epist. 118. & lib. 4. de Bapt. c. 24. Idem docent omnes Doctores Scholastici.

Probatur Tertiò, Ratione. Ratio à priori est, sola Christi voluntas. Possunt tamen adferri optimæ congruentiae & coniecturae, quibus ostenditur hunc numerum esse valde rationi consentaneum. Prior est, Quia Sacra mentis formatur & perficitur Ecclesia, & vita spiritualis. Baptismo enim regeneramur in vitam spiritalem. Confirmatione, corroboramur & instruimur ad pugnā. Eucharistiā, alimur in vita spirituali. Pœnitentia, curamur à morbis spiritualibus. Extrema Vnctione, tolluntur reliquæ morborum spirituali. Ordine, constituantur Duces militiae spiritualis. Matrimonio, propagatur Ecclesia secundum carnem. Secunda est, Quia Sacra menta respondent septem virtutibus: Baptismus, Fidei; extrema Vnctio, Spei; Eucharistia, Charitati; Ordo, Prudentia; Pœnitentia, Iustitia; Confirmatione, Fortitudini; & Matrimonium, Temperantia.

Obijcunt Hæretici quædam testimonia Patrum. Primò, Calvinus lib. 4. Inst. c. 19. §. 12. dicit Augustinum tantum agnoscere duo Sacra menta, epistola 118. ad Lanarium, vbi sic ait; *Sæc. ex August. 1. Obiectio* *haereticorum* *cramentis numero paucissimis, obseruatione facilissimis, significatione præstantissimis, Societate noui populi colligari; sicut est Baptismus & Communicatio corporis & sanguinis Domini, & si quid aliud in Scriptura Canonica commendatur.*

Respondeo; D. Augustinus si non existimatasset esse alia præter hæc duo, non dixisset, *Et si quid aliud &c.* Deinde, non dixisset sicut est Baptismus & Communicatio, quasi exempli loco illa adserens: sed dixisset, Quæ sunt, Baptismus & Communicatio; nimirum enumerando omnia Sacra menta, quibus populi Christiani Societas colligatur. Deinde, ex alijs locis constat D. Augustinus sensisse esse plura Sacra menta, quam duo vel tria. Nam Concio 1. in psal. 103. sic ait: *Munus Sacra mentorum, in Baptismo, in Eucharistia, in ceteris sanctis Sacra mentis, quale munus est?* Vnde patet Augustinum præter hæc duo, ponere aliquot alia. Deinde l. 5. d. de Baptismo c. 20. expresse numerat quatuor, dicens;

3
Septen ari
rics Saera
mentorum
numeris
præfigura
tus.

Quæst. 65. De Numero Sacramentorum. Art. 2.3.4. 31

dicens; *Quomodo exaudit homicidam deprecantem vel super Aquam Baptismi, vel super Oleum, vel super Eucharistiam, vel super capita eorum quibus manus imponitur?* id est, qui absoluuntur à peccatis. De extrema Vnctione vide eundem lib. 2. de Visitatione infirmorum c. 4. qui liber, et si non constet omnino an sit Augustini, tamen non potest probari contrarium. De Matrimonio clare lib. de Bono coniugali c. 7. 15. 18. & 24. vbi docet Matrimonium esse indissoluble, & non amittit per diuortium, quia est Sacrementum: sicut Ordo nō amittitur, quia est Sacrementum. De Ordine c. 24. eiusdem libri & 1. de Bapt. cap. 1. vbi dicit Ordinem esse Sacrementum, sicut est Baptismus.

Secundò, Obiectio 7. Objecatio, Patres quādāt Pa-
tes nun-
quādāt nu-
merent
sepiem Sa-
cramenta.
Solutio-
rit,
7. Obiectio, Patres quādāt Pa-
tes nun-
quādāt nu-
merent
sepiem Sa-
cramenta.
Solutio-
rit,

*Quod Patres cū sermonem de Sacramentis ex professo instituant, nunquam numerant Septem Sacra-
menta, neque tractant de septem, sed tantum de tribus vel duobus: vt Dionysius, Iustinus, Cyrilus Hierosolitanus & Ambrosius.*

Respondeo Primo, Istud argumentum est ab authoritate negatiū, quo quiduis probari potest. Secundò, Illis Patribus non erat propositum trahere de omnibus Sacramentis, sed tantum de quibusdam quae ad illorum propositum pertinebant. Dionysius Arcop.lib. de Ecclesiastica Hierarchia tractat tantum de quatuor; nempe de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia, Ordine: tamen epistola ad Demophilum meminit expressè Pénitentia. Ratio est, Quia ihsus mens non erat agere de omnibus vel de solis Sacramentis: nam agit etiam de Vnctione mortuorum, & consecratione monachorum, quæ non sunt Sacra-
menta: sed tantum agit de illis in quibus maximè cernitur officium Pontificis, & functio hierarchicæ: vt patet ex initio libri. Cyrilus autem & Ambrosius & etiam Iustinus tantum agunt de illis Sacramentis quæ in initio recipi solent, quando aliquis cooptabatur in Ecclesiam: quæ sunt, Baptismus, Confirmatio & Eucharistia. Patet hoc ex præfationibus & initijs ipsorum librorum. Cyrilus enim Neophy whole quoque dicit se velle tractare de ijs quæ iam experientia edocti fuerant. Et Ambrosius, De Sacramentis, inquit, quæ accepisti, sermonem adorior. Vnde patet ex Patribus nullum esse testimoniū quo vel in speciem hic numerus refellatur. Quamvis enim non numerent ex ordine septem Sacra-
menta tamen apud illos omnia varijs locis reperiuntur, vt fūsi ostendetur cū agemus de singulis.

ARTICVLVS II.

Vtrum Sacra-
menta conuenienter
ordinentur secundū modum
predictum?

8. Dicit hoc articulo hunc esse ordinem Sacra-
mentorum: Baptismus, Confirmatio, Eu-
charistia, Pénitentia, extrema Vnctio, Ordo, Ma-
trimonium. Quo ordine etiam à Concil. Trident. scilicet 7. can. 1. & à Florentino in Instruzione Ar-
menorum enumerantur. Vide D. Thomam. Hic
solum notandum, hunc ordinē esse assignatum iuxta ordinem procedendi, quo Ecclesiæ membra per-
ficiuntur, primò in seip̄s, deinde respectu aliorū.

ARTICVLVS III.

Vtrum Sacra-
mentum Eucharistia
sit potissimum?

R. Respondeo: Sacra-
mentum Eucharistiae esse
præstantissimum. Est definitū à Concil. Tri-
dent. scilicet 13. c. 3. Et scilicet 7. can. 3. definit Sacra-
menta non ita esse inter se paria, ut nulla ratione
aliud alio sit dignius. Quod est contra Caluini-
stas, qui volunt omnia Sacra-
menta esse paria, quia
vbiique pars est verbi Dei dignitas, quo Sacra-
menta constant.

Ratio Conclusionis est, Quia Eucharistia con-
tinet ipsum fontem omnis gratiæ, cum tota ple-
nitudine suorum meritorum: reliqua Sacra-
menta tantum continent portionē quandam merito-
rum Christi, & certam gratiæ mensuram. Deinde,
reliqua Sacra-
menta consistunt in vsu & motione
quadam transeunte; non enim sunt, nisi dum susci-
piuntur: Eucharistia autem est Sacra-
mentum permanens. Vnde à Dionysio c. 3. parte 1. de Eccle-
siastica Hierarch. recte vocatur *Tertia Ratio*,
id est, *Initiatio Initiationum*, seu Sacra-
mentum Sacra-
mentorum. Adde duas alias rationes, quas ha-
bet D. Thomas. Itaque Tertia Ratio est, Quia
reliqua Sacra-
menta ordinantur ad Eucharistiam,
tamquam ad finem. Quarta est, Quia omnia Sa-
cra-
menta in Eucharistia consummantur.

Quod ad reliqua Sacra-
menta attinet: Notan-
dum Primo, Singula habere quandam propriam Singula
excellentiā, quæ ceteris præsunt: nam Baptismus Sacra-
menta excedit effectū; dimittit enim peccatum originale propriam
& omnem poenam. Confirmatio excellit gratiæ habent
plenitudine, quæ datur ad fidei professionē. Pœ-
nitentia excellit quatenus excitat mortuos, & quia
lapsis est unicum remedium. Extrema Vnctio ex-
cellit quatenus tollit reliquias peccatorum; & etiā interdum præstet effectū corporalem sanitatem vi
Sacramenti. Ordo excellit dignitate Ministrorum, &
quia hominem in sublimi gradu collocat. Matr-
imonium excellit ob significationem: significat
enim duplē Christi uisionem, hypotaticam
nempe & charitatis.

Notandum Secundò, Cū D. Thomas ait,
Extremam Vnctionē esse dispositionem ad Eucharistiam,
non veile ipsum dicere extremam Vnctionem ne-
cessariō præcedere, antequā Eucharistię sumamus
viaticum: nam extremo loco solet Sacra-
mentum extremæ Vnctionis infirmis conserui. Sed hoc di-
cit propter effectū Sacramēti extremæ Vnctionis,
qui est, tollere reliquias peccatorū: quibus subla-
tis, homo reparatur ad actionem Christo coniunctiorem, qui proprius est Eucharistia effectus.

ARTICVLVS IV.

Vtrum omnia Sacra-
menta sint ad
salutem necessaria?

R. Espondet D. Tho. Baptismum esse omnibus
ab solutè necessariū: Pénitentiam omnibus
lapsis in peccatum mortiferum post Baptismum:
Ordinem non singulis, sed Ecclesiæ. Reliqua autem
Sacra-
menta non absolutè, esse necessaria, sed
vt cōmodius ad salutē perueniatur. De hoc plura
cū de singulis deinceps tractabimus.

Ccc iiiij DE